

HOLY SEE PRESS OFFICE
OFICINA DE PRENSA DE LA SANTA SEDE



BUREAU DE PRESSE DU SAINT-SIEGE
PRESSEAMT DES HEILIGEN STUHL

BOLLETTINO

SALA STAMPA DELLA SANTA SEDE

N. 0665

Venerdì 11.09.2015

Pubblicazione: Immediata

Sommario:

- ◆ **Le Udienze**
- ◆ **Lettera del Santo Padre all'Inviato Speciale alla celebrazione eucaristica col rito della dedicazione della nuova cattedrale della Diocesi di Créteil in Francia (20 settembre 2015)**
- ◆ **Avviso di Conferenza Stampa**
- ◆ **Avviso di Briefing**

◆ **Le Udienze**

Il Santo Padre Francesco ha ricevuto questa mattina in Udienza:

- S.E. il Signor Tomislav Nikolić, Presidente della Repubblica di Serbia, e Seguito;
- Partecipanti al Capitolo Generale dei Missionari Figli del Cuore Immacolato di Maria (Clarettiani).

Il Papa ha ricevuto:

- Em.mo Card. Marc Ouellet, P.S.S., Prefetto della Congregazione per i Vescovi.

Il Santo Padre riceve questa mattina in Udienza:

- Partecipanti all'Incontro promosso dalla "Fondazione per lo sviluppo sostenibile" su "Giustizia ambientale e cambiamenti climatici".

[01448-IT.02]

◆ **Lettera del Santo Padre all'Inviato Speciale alla celebrazione eucaristica col rito della dedizione della nuova cattedrale della Diocesi di Créteil in Francia (20 settembre 2015)**

In data 8 agosto, è stata pubblicata la nomina dell'Em.mo Card. André Vingt-Trois, Arcivescovo di Parigi, ad Inviato Speciale del Santo Padre alla celebrazione eucaristica col rito della dedizione della nuova cattedrale della Diocesi di Créteil (Francia), in programma il 20 settembre 2015.

Riportiamo di seguito la Lettera del Santo Padre all'Em.mo Card. André Vingt-Trois:

Lettera del Santo Padre

Venerabili Fratри Nostro

ANDREAE S.R.E. Cardinali VINGT-TROIS

Archiepiscopo Metropolitae Parisiensi

Sacrarum Scripturarum verba meditantes: "Ego autem in multitudine misericordiae tuae introibo in domum tuam; adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo" (Ps 5,8), grato laetoque animo nuper accepimus proxime Christoliensi in urbe novum cathedrale templum sollempni modo consecratum iri. Illo die istius dioecesis presbyteri et christifideles laici gratias omnipotenti Deo agent ob tanta Eius beneficia quae superiores per annos toti inibi christianae communitati largiri est dignatus. Eodem enim tempore quo sacra illa aedes extruebatur, Synodum dioecesanam cui titulus est "Cum Iesu Christo alter alterius onera portate et cum omnibus Evangelii gaudium communicate" (cfr Gal 6,2) tota dioecesana communitas celebravit atque, diligenti Sacro Praesule Venerabili Fratre Michaele Santier moderante, precibus et meditatione Sacrarum Scripturarum nec non per consideratam missionem in mundo nostrae aetatis solide se ad hanc celebrationem paravit.

Quam ob rem memoratus Episcopus humanissime Nos rogavit ut aliquem eminentem virum mitteremus, qui Nostras vices Cristolii gereret Nostramque erga istum gregem dilectionem manifestaret. Ad Te ergo, Venerabilis Frater Noster, qui gravissimum munus Archiepiscopi Metropolitae Parisiensis exerces, mentem Nostram vertimus Teque hisce Litteris MISSUM EXTRAORDINARIUM NOSTRUM nominamus ad consecrationem dictae ecclesiae, quae die XX proximi mensis Septembris in memorata urbe perficietur.

Sollempni praesidebis Eucharistiae cum ritu consecrationis atque omnes adstantes sermone tuo ad diligentiore usque Christi imitationem cohortaberis: oportet enim ut novis viribus novoque studio peculiarem dilectionem Evangelii et Ecclesiae demonstramus atque cotidiana in vita fidei virtute ardeamus.

Rogamus Te etiam ut Nostram omnibus ibi congregatis salutationem afferas, Episcopo nominatim Christoliensi ceterisque sacris Pastoribus, presbyteris, religiosis viris ac mulieribus christifidelibusque laicis. Exoptamus denique ut verba Nostrae benevolentiae etiam ad civiles auctoritates nec non aliarum religionum asseclas extendas et ad omnes qui Ecclesiae missionem, libertatis religiosae condicionem atque sincerum personae humanae bonum studiose fovent.

Nos autem Te, Venerabilis Frater Noster, in tua missione implenda precibus ferventer comitabimur. Denique Benedictionem Nostram Apostolicam libentes Tibi impertimur, signum Nostrae erga Te benevolentiae et caelestium donorum pignus, quam omnibus celebrationis participibus rite transmittes, dum a vobis preces expostulamur, ut pergrave Petrinum munus secundum divinam voluntatem diligenter exercere valeamus.

Ex Aedibus Vaticanis, die XI mensis Augusti, in memoria S. Clarae, virginis, anno MMXV, Pontificatus Nostri tertio.

[01451-LA.01] [Testo originale: Latino]

◆ **Avviso di Conferenza Stampa**

Si informano i giornalisti accreditati che **lunedì 14 settembre 2015**, alle **ore 11.30**, nell'Aula *Giovanni Paolo II* della Sala Stampa della Santa Sede, si terrà la Conferenza Stampa di **presentazione del *Cortile di Francesco: Umanità, Dialogo fra credenti e non credenti***, promosso dal Pontificio Consiglio della Cultura, in programma ad Assisi dal 23 al 27 settembre 2015.

Interverranno:

- **Em.mo Card. Gianfranco Ravasi**, Presidente del Pontificio Consiglio della Cultura;
- **Padre Enzo Fortunato**, Direttore della Sala Stampa del Sacro Convento di Assisi;
- **Il Signor Oliviero Toscani**, fotografo.

[01426-IT.01]

◆ **Avviso di Briefing**

Si informano i giornalisti accreditati che **martedì 15 settembre**, alle **ore 11.30**, nell'Aula *Giovanni Paolo II* della Sala Stampa della Santa Sede, il Direttore P. Federico Lombardi, S.I., terrà un *briefing* per illustrare il **programma del Viaggio Apostolico che Sua Santità Francesco compirà a Cuba, negli Stati Uniti d'America e alla Sede dell'Organizzazione delle Nazioni Unite a New York, dal 19 al 28 settembre prossimo.**

[01427-IT.01]

[B0665-XX.02]
